


Sigismundus Rex Polonie
Carolo quinto Cesari.

168

Serme et Excellentissimo Princeps et
Domine Frater et consanguinee noster harissime,
ac honorande. Cum ante annos aliquot contractu
esset matrimonium inter Serenissimum Dominum
Sigismundum Augustum Filium nostrum ha-
rissimum et Serenissimam Virginem Elisabetham
Serenissimi Domini Romanorum Regis Filiam,
ac certus nuptiis dies consignatus fuisset, quoniam
erant cause legitime, quamobrem nuptias proroga-
ri oporteret, et Serenissimi Domini Romanorum Re-
gis, et nostra voluntate factis prorogationibus ali-
quot, ita tandem utrinque nostrum deliberatum est,
ut ne longior ulla foret prorogatio, sed nisi divini
tus impedimentum aliquod accideret, cui obstari
non posset. Nuptie pridie nonas mai mensis
proximi celebrarentur. Cum autem Serenissimi filii
nri Sponsa ex Fratre Neptis sui Mti Vrcē ab
illa petimus, ut quod mutua nostra, et ea quidem
arctissima necessitudo, flagitare ab ea videtur, non
modo Serenissimi Filii nri, verum etiam Neptis
sue nuptias presentia sua honestare dignetur.
Qua quidem in re tam nobis gratum fecerit, quam
quod gratissimum.

evenire



evenire nobis potest, quam si quemadmodum olim
cum Serenissimo et Excellentissimo Maximiliano
Imperatore avo mris Vrae congressi sumus, ita
nunc quoque cum mte Vra convenire, et ejus
suavissimo conspectu frui nobis liceret. Cujus
rei cum nunc occasio ultro se offerat, ut eam
ne velit pretermittere etiam atque majorem in
modum petimus. Quod superest nos fraternae
benevolentiae mris Vrae commendamus, atque
ut quae clarissime incolumis vivat ex animi
sententia cudeat illi omnia ex animo precamur.
Datt Cracoviae Penultima Decembris 1542.